Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

esse se voluit: impassibilis. immutabilis. incorruptus. beatus eternus.
Iam vero illa conduo conclusio qua suam terminauit: Tullius
multo absurdior: Qui si materia inquit a deo non est facta ne terra qui
dem & aqua & aer & ignis a deo factus: Qui callide periculum preter
uolauit: Dic H. superius illud assumpsit tamq̃ probatione non indi
geret: cum id multo esset incertius q̃ illud propter quod assumitur
est: Si non est inquit a deo facta materia: nec mundus a deo factus
est: ex falso maluit colligere: quod falsum est: q̃ ex vero: quod verũ:
& cum debeant incerta de certis probari: hic probationem sumpsit
ex incerto: ad euertendum: quod erat certum: Nam diuina prouidentia effectum esse mundum ut taceam de ter maximo trisinegisto: qui hoc predicat: taceam de carminibus sybillarum: que idem
nuciant: taceam de pphis: qui opus mundi & opificium dei de uno spiritu & pari uoce testantur: & inter phos pene omnis consensus
Id. H. pythagorici. stoici. peripatetici: que sunt principales omnium
discipline: Denique a primis illis septem sapientibus. a Socrate usq;
ad Platonem pro confesso & indubitato habitum est donec unus im
tis post seculis extitit delirus epicurus: qui auder & negare id: qd
est euidentissimum studio scilicet & inuentendi noua: ut nomine
suo constituere disciplinam: Et quia nihil nouum potuit repire: ut
tamen dissentire a ceteris uideretur: uetera voluit euertere. In q̃
illum circulatrantes phi omnes coarguerunt: Certius est igitur mũ
dum prouidentia instructum: q̃ materiam prouidentia conglobatam: Quare non oportuit putare ideo mũdum non esse diuina prouidentia factum: quia materia cui diuina prouidentia facta non sit: Sed
quia mundus diuina prouidentia sit effectus: & materiam factam esse diuinitus: Credibilius est. H. materiam potius a deo factam: quia deus pot oia:
q̃ mũdum a deo non esse factum: quia sine mente. ratione. consilio. nihil
fieri pot: Verum hec non Ciceronis est culpa: sed sectę: Cum H. suscepisset
disputationem: qua deorum naturam tolleret: de qua phi garriebant: oem
diuinitatem ignorantia veri putauit esse tollendam: Itaq; deos potuit tollere: quia non erant: Cum aut prouidentiam diuinam: que est in uno
deo: conaretur euertere: quia contra veritatem niti ceperat: deficientibus
argumentis in hanc foueam necio decidit: unde se extricare non posset:
Hic ergo illum teneo herentem teneo delirum: quo lucilius: qui contradi
serebat: obmutuit: Hic est ergo cardo rerum: hic uertuntur omnia: Expli
cet se Cotta: si potest: hac voragine: proferat argumenta: quibus doceat: sempe

Primarie discipline tres.

Epicurus.